



Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia

Ab anno CCCXLVII. ad annum CCCCI.

Parisiis, 1644

Concilium Bvrdigalense Adversvs Priscillianistas, eorumque auctorem
Priscillianum, Arcadio Augusto & Bautone consulibus congregatum, anno
Christi CCCXXCV. Siricii papae I. Maximi imperatoris II.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15256

ne sancto numini dicata conuellas. Italiam omnem, & venerabilem Romam, ceteraque prouincias suis ecclesiis, suis sacerdotibus reddas, neque te medium interferas, cum fas sit iustius eos, qui a catholica ecclesia Arianorum interpretatione discesserint, errorem suum vera religione mutare, quam recte sentientibus suam immittere prauitatem.

CONCILIVM BVRDIGALENSE

ADVERSVS PRISCILLIANISTAS,
corumque auctorem Priscillianum,

*Arcadio Augusto & Bautone consulibus congregatum,
anno Christi CCCXXCV. Siricii papæ I.
Maximi imperatoris II.*

ANNO
CHRISTI
385. **D**AMNATI iam antea fuerant Priscillianistæ a Synodo Cæsaraugustana, tum deinde Gratiani imperatoris rescripto relegati. Sed cum a Gratiano eodem rescriptum alterum eliciuissent, quo restitui ecclesiis iubebantur, egit Ithacius præcipuus illorum insector cum Maximo, qui tum cæso Gratiano Gallias obtinebat, ut de his iudicium instauraretur. quod factum est in hac Synodo Burdigalenſi. Ad quam cum deduci fuissent inter ceteros Instantius & Priscillianus, Instantio episcopatus abrogatus est; Priscillianus vero, ut Synodi iudicium euaderet, ad principem prouocauit: cuius postmodum sententia capititis damnatus est. Quæ omnia fuisus exequitur Sulpitius Seuerus libro II. sacrae historiæ. De Synodo autem nostra his verbis: *Quibus, inquit, permotus imperator, datis ad præfectum Galliarum, atque ad vicarium Hispaniarum literis, omnes omnino, quos labes illa inuoluerat, deduci ad Synodum Burdigalensem iubet. Ita deduci Instantius & Priscillianus. quorum Instantius prioriussus causam dicere, postquam separum expurgabat, indignus esse episcopatu pronuntiatus est: Priscillianus vero, ne ab episcopis audiretur, ad principem prouocauit. Permissumque id nostrorum inconstantia: quia aut sententiam in refragantem ferre debuerant; aut si hi ipsi suspecti habebantur, aliis episcopis audienciam reservare, non causam imperatori de tam manifestis criminibus*

permittere. Ita omnes, quos causa inuolerat, ad regem deduci. ^{Anno}
 Prosper item in chronicō. Arcadio & Bautone consulibus,
 Priscillianus in Synodo Burdigalensi se damnandum intelligens,
 ad imperatorem Maximum prouocauit: auditusque Treuiris ab
 Euodio præfeto prætorio, a Maximo gladio addictus est, cum
 Eucrocia Delphidii rhetoris coniuge, & Latroniano, aliisque erroris
 confortibus.

N O T A.

Causa Cō-
ciliī.

* *Concilium.*] Cum Priscillianus Cæsaraugustano Concilio damna-
 tus, Gratiani rescripto restitutus fuisset, Ithacius apud Maximum im-
 peratorem cumdem vicissim citra protestationem de heresi aliisque
 criminibus accusauit, mortisque suppicio dignum denuntiauit. Ma-
 ximus imperator his accusationibus permotus, hanc Burdigalen-
 sem Synodus indici, atque Priscillianum cum Instantio ad eam
 citari & adduci mandauit. Vbi causam dixissent, Instantius epi-
 scopatu indignus pronuntiatus est. Priscillianus se damnandum in-
 telligens, ad principem prouocauit. Cum iudices appellationi ma-
 le detulissent, eamque contra ius & constitutiones ecclesiæ admi-
 ssifissent, Treuiris heresiarcha auditus, bis conuictus, tandem cum
 quibusdam aliis iussu Maximi gladio est occisus. Hæc ex Seuero
 lib. 2. & Prosper. chron. Baron. ann. 385. num. 22. 23. & 24.

Priscillia-
nus her-
esiarcha
bis conui-
ctus, Treu-
ris obtru-
catur.

CONCILIVM ROMANVM
S V B S I R I C I O.Tempus &
causa Con-
ciliī.Numerus e-
piscoporū.Montenses
qui & cur
sic dicti.

* *Concilium Romanum.*] Anno Christi 386. ipso mense Ianua-
 rio, Romæ in basilica S. Petri celebratum est Concilium octoginta
 episcoporum, ad collapsam disciplinam in Africana ecclesia
 restaurandam. In Synodo nihil decretum, quod non apostolicis
 aut Nicænis Canonibus ante constitutum fuerat. Vnde Conci-
 lium, quod nominatur Carthaginense, cælibatum sacerorum mini-
 strorum, non ex lege Siricii, sed apostolica auctoritate institutum
 sibi vendicat. Quos in Synodi epistola Siricius pontifex Mon-
 tenses appellat, Donatistas fuisse, sciendum est: sic dictos, quod
 in montibus agere & conuenire solerent.

Innouatae constitutiones huius Concilii, in Concilio Teleptensi,
 sub Honorio imperatore in Africa celebrato, recitatæ fuerunt. Vi-
 de Baron. ann. 386. num. 2. & 3.

CON-